Fondazione Prospero Intorcetta Cultura Aperta

470° ANNIVERSARIO DELLA FONDAZIONE DEL "PRIMUM AC PROTOTYPUM" COLLEGIO DELLA COMPAGNIA DI GESÙ A MESSINA (1548-2018) - (DOC. 2) : "SUMMI SACERDOTIS MINISTERIO"

Antonino Lo Nardo

«*Summi Sacerdotis ministerio*»

Il 24 dicembre 1548, dopo l'istituzione dell'Università con la "*Copiosus in misericordia Dominus*", il Papa Paolo III con la Bolla «*Summi Sacerdotis ministerio*» istituiva, formalmente, il Collegio gesuitico a Messina, di fatto funzionante già dall'aprile di quell'anno. Il testo della Bolla, dopo aver ricordato che la città di Messina aveva richiesto l'insegnamento ai gesuiti, ai quali era stata assegnata la chiesa di San Nicolò, autorizzava nella predetta chiesa l'apertura di un "collegium scholarium" nel quale i padri potevano insegnare grammatica, arti liberali, filosofia e teologia. Il Collegio era posto sotto la direzione di un rettore nominato dal P. Generale della Compagnia, così come gli altri funzionari e i professori.

Copie della bolla (in minuta originale conservata nell' Archivio Segreto Vaticano, reg. lat. 1790, cc. 175r-177v), si conservano presso l'Archivio di Stato di Messina, *Fondo pergamenaceo*, perg. 116 e la Biblioteca Regionale Universitaria della stessa città (ms. FV. 214).

La bolla è stata edita più volte (cfr. - tra gli altri - P. Samperi, *Iconologia della gloriosa Vergine madre di Dio Maria protettrice di Messina*, Messina 1646, pp. 204-206); la versione qui inclusa è tratta, come si evince anche dal frontespizio da: D. Ventimiglia, *Per la solenne inaugurazione della ripristinata Università degli Studi di Messina*, Messina 1839, pp. 46-51.

PER

LA SOLENNE INAUGURAZIONE

della ripristinata

UNIVERSITÁ DEGLI STUDJ DI MESSINA

ORAZIONE

di Domenico Ventimiglia,

da Messina.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

MINISTERO DELLA PUBBLICA ISTRUZIONE

MESSINA,

TIPOGRAFIA DI GIUSEPPE FIUMARA

1839.

Digitized by Google

12. Venne chiamato *Collegio Prototipo* perchè fu il primo che nel mondo ebbe la Compagnia di Gesù. I Portoghesi ne contendono a noi il primato, ma stanno in favor nostro le molte testimonianze degli antichi scrittori, testimonianze che possonsi leggere nelle lettere di *Aldo La Grane* (Lettera XIII, pag. 89.)

13. Annibale Codreto Savojardo, uno dei dieci Padri della Compagnia di Gesù quì inviati da S. Ignazio così lasciò scritto: « Accedit, quod hic primum discipulorum distinctæ classes, et » harum singulæ lectiones distributæ. Omnisque publicorum » studiorum ratio hinc primum Romam præscripta ad alia deinde Collegia, quæ ad hujus normam instituta sunt, missa est; » quod ubi Messanæ fieri cœptum est, aliis quoque locis non » paucis, neque id exiguo fructu factum fuisse novimus. » (MS. che si conserva nella Biblioteca della Università, a foglio 7.)

14. Bolla per lo stabilimento del Collegio.

PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI. AD PERPETUAM REI MEMORIAM. --- *Summi Sacerdotis ministerio post Beatum Petrum Apostolorum Principem super indispositione Rectoris præfati ad ea, per quæ fidelis quicumque profugatis ignorantiæ tenebris, per domum sapientiæ in via mandatorum Domini doctores effici, et sua doctrina sibi, et aliis prodesse, ac æternæ gloriæ premium mereri possint, nostræ considerationis intuitum dirigimus, atque propterea facta fuisse dignoscuntur, ut perpetua roboris firmitate subsistant Apostolicæ confirmationis munimine roboramur, aliasque desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum Filiorum nobilis viri Joannis de Vega Proregis Regni Siciliæ ultra Pharum, necnon Communitates Civitatis Messanensis nobis nuper exibita petitio continebatur, quod dudum ipsi cupientes, doctrinæ, ac spiritualibus consulationibus ad profectum dilectorum Filiorum incolarum et habitatorum dictæ Civitatis Messanensis et Oppidorum, ac locorum illis circumvicinorum consulere, nonnullos ex dilectis Filiis Sociis Societatis de Jesu nuncupatos, per nos in Alma Urbe nuper institutæ quorum doctrina laudabilis, et vitæ, et morum probitas ubique locorum (Auctore Summo Domino) ad modum vigent, et crescunt, ac*

Digitized by Google

Cristi fidelibus fructuosa exemplaria existunt, ex dicta Urbe ad Civitatem prædictam transmitti obtinuerunt, ac ipsis sic ad fructum in agro Domini faciendum transmissis Sociis pro eorum usu, et habitatione, ac suorum studiorum exercitio, ac aliorum piorum operum executione Ecclesiam, sine cura, Sancti Nicolai Messanensis a dilectis Filiis Rectore, et Confratribus Confraternitatis ejusdem Sancti Nicolai in dicta Ecclesia Canonicæ institutæ fundatam, ac per illos ab immemorabili tempore citra, de cuius contrario hominum memoria non existit, regi solitam cum certa domo ad id reparata, et quodam ambitu, et novo ædificio aucta per eosdem Rectorem et Confratres sub certis modo et forma tunc expressis assignari procurarunt ac ipsis Sociis pro eorum commodiori substentatione annuum redditum quingentorum ducatorum ex communibus redditibus et proventibus eorumdem Communitatis persolventes assignarunt, pro ut in instrumentis publicis desuper confectis plenius contineri dicitur. Et deinde ipsi Joannes Prorex et Communitas, experientia, quæ rerum magistra existit, considerantes non modica ex conversatione dictorum Sociorum tam circa disciplinam literarum, quam morum honestatem, et Christianæ Religionis cultum incolis et habitatoribus prædictis, fructum, et profectum pervenire, ac sperantes illa in dies, annuente Domino, augeri, cupiunt, præmissa, quæ ad finem tam pium inchoata sunt, ut firmiora persistant, nostræ confirmationis munime roborari, ac pro disciplina literarum, et piorum operum executione in dicta Ecclesia unum Collegium Scholarium dictæ Societatis, in qua omnes disciplinæ illæ, tam præcipuæ, per quas ad pietatem confovendam et fidem Christi contra illius nominis hostes, et hæreses defendendam, ac populum in fide Christi, et bonis, ac exemplaribus moribus instituendis pervenitur, publice interpretari, et legi possint, cum omnibus ad id necessariis, ut dictæ Societatis Scholares commodius studijs operam dare et ipsa Civitas, et vicina loca ab operariis inibi instruendis melius inposterum excoli, et ex nunc lectionibus, et spiritualibus documentis iuvari continue possint erigi et instituì. Quare pro parte dictorum Joannis Proregis et Comunitatis asserentium fructus redditus, et proventus dictæ Ecclesiæ, si qui sint, eisdem sociis concessos non esse sed illos, qui ante assignationem Ecclesiæ huiusmodi percipiebant percipere, nobis fuit humiliter

Digitized by Google

suplicatum, ut eis assignationibus pro illarum subsistentia firmiori robore Apostolicæ confirmationis adijcere, ac in dicta Ecclesia Collegium prædictum ut præmittitur erigere, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes quod ex literarum studio animarum quæritur salus, cultus augetur divinus, et omnis prorsus exemplaris vitæ specimen pervenit, primo dictorum Joannis Proregis, et Communitatis desiderium in hac parte plurimum in Domino commendantes, ac Joannem Proregem, et singulares personas Communitatis huiusmodi a quibus suis Excommunicationis etc. censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, dummodo ad hoc prædictorum Regorum Rectoris, et Confratrum expressus, accedat assensus, assignationes prædictas ac pro ut illas concernunt omnia, et singula in instrumentis prædictis contenta, ac inde secreta, quacunque auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa nostra scientia approbamus, et confirmamus supplentes omnes, et singulos juris, et facti, ac solennitatum forsan requisitarum, et omissarum defectus, si qui intervenerint, in eisdem illa, quæ validæ, et perpetuæ firmitatis robur obtinere et inviolabiliter observari debere, ac ad illorum observationem Communitatem prædictos, nec non in dicta Ecclesia unum Collegium Scholarium, cum omnibus ejdem Collegio ad ipsorum Scholarium in eo pro tempore studentium usum, habitationem, et studiorum hujusmodi exercitium, et eorum corporalem, et honestam recreationem locis, hortis, hortalitis, viridariis, aliisque officinis necessariis et opportunis, in quo unus Rector; et Doctores, Magistri, et Ministri alii, qui Officiales per dilectum Filium Præpositum Generalem dictæ Societatis, vel alium, quem ipse Præpositus deputaverit, nominandi, et ad ejusdem Præpositi liberum nutam ponendi, et amovendi in numero congruenti existant; qui Grammaticam, et liberales Artes, ac Philosophiam et Theologiam, aliasque scientias, et disciplinas ad pietatem confovendam, ac communem Christi fidelium usum, et utilitatem aptas, ac necessarius in ipso Collegio publice interpretare, et legere possint auctoritate, et tenore prædictis exigimus, et instituimus; necnon eidem Collegio pro illius dote, ac Rectoris, Doctorum, Scholarium, et aliarum personarum in eo pro tempore studentium, et commorantium substentatione, annuum redditum quingentorum ducatorum hujusmodi, ac quæcumque alia

Digitized by Google

bona, et redditus per praedictos Conmunitatem etquoscumque alios Christi fideles eidem Collegio donanda, leganda, et concedenda aut donata, legata, et concessa fuerint auctoritate, et tenore præmissis, perpetuo applicamus, et appropiamus necnon ipsi Collegio, ac illius Rectori, Doctoribus, Magistris, Licentiatis, Baccalauriis, Ministris familiaribus, rebus et bonis quibuscumque protempore existentibus, quod omnibus, et singulis privilegiis, concessionibus, favoribus, facultatibus exemptionibus indultis, et gratiis, tam spiritualibus, quam temporalibus quibus Bononiensis, Parisiensis, Salmaticensis, ac Complutensis, et Oppidi Vallisoleti, Toletani, et Palentini, Diœcesium, ac aliorum generalium Studiorum Universitatum ubilibet consistentium ejusdem Societatis, et alia Scholarium Collegia, illorumque Rectores, Doctores, Magistri, Licentiati, Baccalaurii, Familiares, et bona quœcumque ex concessionibus Apostolica, Imperiali, vel regia et alia quomodo libet in genere illis concessis utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt in futurum, Collegium per præsentes erectum, illius Rector, Doctores, Magistri, Licentiati, Baccalaurii Familiares, et bona hujusmodi in omnibus, et per omnia, æque principaliter, et absque ulla penitus differentia, ac si eis concessa fuissent, uti, potiri, et gaudere, ac sociis Societatis huiusmodi in dicto Collegio pro tempore existentibus, ut in Ecclesia ipsius Collegii construenda, Missas, et alia divina officia celebrare, ac omnia, et singula ad orthodoxae fidei cultum, et Religionem spectantia Ordinarii loci, aut cuiusvis alterius licentia, minimè requisita, et alius, pro ut ipse Præpositus Generalis desuper disposuerit et ordinaverit facere, et exercere; necnon eidem Præposito Generali ut quœcumque statuta et Ordinationes felix regimen, et salubrem directionem de erecti Collegii concernentia, toties quoties opus fuerit et eidem Præposito Generali expedire videbitur, facere, illaque facta alterare, mutare, cassare et alia de novo facere, quæ postquam facta, alterata, mutata, cassata, et de novo facta fuerunt, eo ipso Apostolica auctoritate prædicta, approbata, et confirmata sint, et esse censeant ut liberè, et licitè valeant auctoritate Apostolica, et tenore prædictis de speciali gratia concedimus, et indulgemus, et insuper ipsum Collegium erectum in omnibus, et per omnia regimini, et gubernationi

Digitized by Google

præfati Præpositi Generalis, iuxta formam confirmationis erectionis Societatis huiusmodi eisdem auctoritate, et tenore subjicimus, decernentes præsentes literas ex quavis causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, sed validas, et efficaces existere, ac suos plenarios effectus sortiri debere. necnon sub quibusvis silentium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, aut aliis quibusvis concessionibus, etiam per nos, et Romanum Pontificem, pro tempore existentes, quomodo libet pro tempore factis, minimè comprehendi, sed ab illis prorsus exceptas existere, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas, et plenariè redintegratas esse et censeri, et super quoscumque Judices, et Commissarios quavis auctoritate fungentes ac Palatii Apostolici causarum Auditores sublata eis et eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et interpretari, etque decidi debere, necnon irritum, et inane, si secus super his etc. attentari, non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, et Synodalibus, Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, et literis. Apostolicis, etiam Cathaniensibus, et aliis Studiis, et Universitatibus prædictis, illarumque Rectoribus, Magistris, et Scholaribus, et quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam pluries concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio, habentes, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc se iuvanda foret, et in illis cuvetur expressè, quod illis nullatenus derogari possit, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso et forma in illis tradita observata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat literarum serie specialiter, et expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nullæ ergo nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis etc. si

Digitized by Google

quis etc. Datum Romæ apud S. Petrum Anno millesimo quingentesimo quadragesimo octavo Nono Kal. Ianuarii, Anno quintodecimo, Simili modo Venerabilibus Fratribus Cæsanetensi et Feltrensi Episcopis, ac dilecto Filio Vicario Venerabili Fratris nostri Archiepiscopi Messanensis, in Spiritualibus Generali salutem ec. hodie à nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis. Paulus Episcopus etc. Datum ut supra, quo circa etc. mandamus quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios, præinsertas literas, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ioannis Proregis, et Communitatis, et Rectoris, el Scholarium Collegii prædicti, vel alicuius eorum desuper fueritis requisiti solenniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis presidio assistentes faciatis auctoritate nostra præinsertas literas ac in eis contenta huiusmodi plenum effectum sortiri, ac ab omnibus inviolabiliter observari, et singulos quos ipsæ literæ concernunt, illis pacificè frui, et gaudere, non permittentes eos desuper per quoscumque quomodo libet indebitè molestari contradictores etc. compescendo invocata etiam ad hoc, si opus fuerit, auctoritate brachii secularis, non obstantibus præmissis, ac felici recordatione Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra Civitatem suam, vel Diæcesim etc. nisi in certis expressis casibus, et in illis ultra dietam unam à fine suæ Diæcesis ad iudicium evocetur, seu ne Iudices à dicta sede deputati extra Civitatem, vel Diæcesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, aut alii, vel alii vices suas committere præsumant, ac de duabus dietis in Concilio Generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præsentium ad judicium non trahatur, et aliis Apostolicis Constitutionibus contrariis quibuscumque, seu si aliquibus communiter, vel divisim, etc. Datum ut supra apud S. Petrum Anno videlicet Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo octavo nono kal. Januarii Pontificatus nostri anno quintodecimo feliciter. Amen.

15. Bolla che concede l' Università.

Dominus Joannes etc. Vicerex in Regno Siciliæ Reverendis, et Venerabilibus Regni ejusdem Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, et Prioribus, et signanter Reverendissimo Archie-

Digitized by Google